ENNODIUS · ABBATI · STEPHANO

Litterarum uestrarum quam dulce negotium est · quod mi
hi spiritale munus exhibuit · quam uotiua perlatorum
necessitas · quae remedii sui stimulo desideriis medetur alienis ;
Confiteor nisi repugnaret proposito inimica penae adturbandam
aliquorum securitatem uota conceperim ; Ecce praestant aduersa
quod secunda non tribuunt · scorum litteras tranquillis rebus
unde peccator acceperim · quas numquam meritorum meorum
intor exegit ; Ecce quantum mihi contulerunt suffragium quia
uobis obtinuisse se confitentur ; diuinam aestimo prouidentiam
ista tribuere · multa iam credo quod de male conuersationis fasce
deposui ; proximus est innocentiae qui scorum meretur alloquia ;
quare dum me secularis licentia inmunda possedit · numquam tanti
uiri apices merui ; post etiam per longa interualla numquam huius
modi bona suscipi ; dns magne quam dignitatem seruientib; tibi
tribuis · ut quos respicere ceperis etiam amicis tuis reddas acceptus ;
Vere semper uos singulari cultura suspexi · semper uenerandis
moribus grauata peccatis colla summisi ; Ecce iam quasi equalis
appellor erexit me diu custodita subiectio ; foue ergo me orationi
bus tuis · ostendis enim paginis fragile a uobis non exiberi patroci
nium ; Nam et isti susceptis sunt qui mihi bona de quib; gestio con
tulerunt · Ad rem redeo perditus ille clericus expauit causam di
cere apud episcopum post quam defendi a me uidit eos quibus meum
deputastis obsequium ; suggero si iubetis ut unus de ipsis rauennam
ambulet cum uestris ad filium uestrum dominum faustum com
mendaticiis ne in prae iudicio ipsorum uenalis iudicum qui medio
lani exuberant sententia depromatur ;

ENNODIUS MAXIMO

Grandes hiatus pariter litterarum uestrarum eleuatus alloquio ;
si non mei conscius inpertitiam pudore comprimerem · et iu
dicii lancem tenerem etiam cum laudor inmeritus · Vos digna
tio censure fecit inmemorem me propositum intra uerecundiam
degere penetrale conpellit ; Vos scribta mea tamquam amantes

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0119